nisi ab amanuensi quem notarius designaverit, subscripto pár alterutri
tradatur, ea lege ut is eam ipsam et non aliam a Domino Re-
ferendario correctam in cancellariam referat.
Decreta à die prolationis intra sex septimanas petantur a-
lioquin non scribantur.
In Cancellaria munimenta quae pár pro concipiendo decreto pro-
duxit, separantur, in ijs quaerendis et recipiendis nemo audeat
munimenta aliena surripere sub gravi animadversione. Ibidem
in Cancellaria rixae et contentiones non fiant, alioquin laedens
termino tacto citetur, de quo Judicium fiet. Ut iuris est.
Haec omnia ut firmius observentur praesentem ordinationem
Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Vicecancellarius de
scitu et voluntate Sacrae Regiae Maiestatis, in Acta cancella-
riae referri iussit, cuius rescriptum in Cancellaria semper in
aprico affixum esto. Ut omnes sciant quomodo sese gerere
debeant, et ignorantiam nemo praetendat.

DONATIO IURIS CADUCI

Sigismundus Tertius

Quia nos rationem condignam habentes servitiorum Nob: N.
N. quae ille nobis per annos quatuordecem in Cancellaria nostra
summa fide et promptitudine praestitit, eidem flor. polon. ducentos ex
bonis morte olim Petri filij Valentini chirurgi Civis Premisliensis, tum
et pueri olim Bartholomei mensatoris itidem Civis Premisliensis fi-
lio relictis mobilibus et immobilibus ad nos post sterilem eorundem
puerorum decessum iure ut vocant caduco devolutos donari esse
duximus, prout iam ex nunc iure perpetuae donationis damus et do-
namus, dantes eidem Stephano Wargowski plenam potestatem
et facultatem eosdem florenos ducentos ex bonis praefatorum
Petri Valentini chirurgi filij et Bartholomei Mensatoris filio
ubicunque ea reperta fuerint repetendi tollendi et in usus su-
os convertendi

DONATUS

Sigismundus Tertius

Quod cum ex relatione Civium Mielnicen. acceperissemus es-
se certam Ecclesiam Ruthenicam ab annis aliquot vacuam in
Civitate nostra Mielnicen. Sanctae Resurrectionis Dni vulgò
Woskresienia dictam, cupientes vt in ea officia divina po-
tius peragerentur, quam ita vacua desoletur eam Honorabili Trochi-
mo Werba eiusdem Ecclae Diacono conferendam esse duximus, prout
iam eandem conferimus, cum omnibus eius attinentiis ad eam antiquitus per-
tinen. Quam ipse ex vi praesentis concessionis nostrae possidebit, eaq
vtifruetur ad extrema vsque vitae ipsius tempora Ea tamen lege
et conditione, vt idem Trochimus sit sub obedientia Sanctae Ro-
manae Ecclae secundum praescriptum Vnionis Bresten. Tum vt
infra vnius anni decursum ab apprehensa eius Ecclae possone à
loci illius ordinario Wladika ordines sacros accipiat. Quod ad
Proconsulis Consilium totiusquè communitatis, et si adhuc quorum in-
terest, notitiam deducen. eisdem Mandamus vt memoratum Tro-
chimum pro vero Ecclae illius Presbitero (posteaquam vti pro-
missum est ordines acceperit) habeant, neq illum in possone eiu-
dem Ecclae et ministerio divino impediant. In cuius rei fidem etc.

SALVVS CONDVCTVS INFAMI

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod cum nobis esset relatum nomine nobilis Valentini Zbros-
kij olim nobilis Stanislai Zbroskij filij, eum ad instantiam
Nobilium Joannis Zochowskij et Martini Wisniowskij in Ter-
minis Quadreslarum Castren. Leunen. in causis ex cittationibus di-
versis duabus primis vtraq occone vulnerationis pedum ex pixide infamè
pronunciatum et publicatum esse. quapropter ipse Valentinus Zbroskij ac-
tionem occasione male obtenti processus praefati coram offitio Castren. Pet-
riesovien. Tam Generoso Stanislao Baris Capitaneo Leunen. quam praefatis
ioanni Zochowskij atq Martino Wisniowskij instituit. in qua iam poenam
contumacis obtinuit. Supplicatumq nobis est nomine eiusdem Stanislai
Zbroskij, vt illi maioris securitatis gra Saluum conductum nostrum Re-
gium concederemus, quo in actionibus praefatis male obtenti et alijs si quae
illi intercedunt, in iudicio stare et parere possit Nos eo considerato quod
infamia praefata extra forum competens et ex prima cittone causa (Loti as-
seritur) cittato ad notitiam non deducta obtenta esse, et ideo actionem
male obtenti iure eidem condemnato competere videtur. Ideo supplicationi
nostrae praefatae benignè annuen. praefatum Stanislaum Zbroskij in protec-